

Simon, E. 1900. Descriptions d'arachnides nouveaux de la famille des Attidae. Ann. Soc. ent. Belg. 44: 394.

*Padilla lancearia* Simon, 1900

**P. lancearia** sp. nov. — ♂. Long. 3,5 mill. — Cephalothorax fusco-rufescens, parte cephalica dilutiore flavido-opaca sed utrinque nigro-marginata et maculis binis obscurioribus vix expressis notata, utrinque pone oculos macula obliqua albo-squamulata ornatus. Pili oculorum pauci albidii. Clypeus vix ullus. Abdomen angustum, fulvo-testaceum, nitidum, antice lineis binis exilibus abbreviatis, in medio vitta transversa albo-squamulata supra ornatum. Chelae breves, fulvae, antice, prope basin, apophysi longissima, antice directa, gracillima sed obtusa et recta (apice haud uncata) luteo-pellucenti insigniter armatae. Sternum pedesque sex posteriores lutea. Pedes 1<sup>i</sup> paris fusco-olivacei, tarso luteo, patella ad apicem crasse albo-squamulata, femore latissime clavato intus, ad marginem inferiorem aculeo erecto parvo subapicali armato, tibia latissima, ovato compressa, non multo longiore quam latiore, aculeis validis ordinariis armata et setis nigris longis et densis fimbriata. Pedes-maxillares breves, lutei, fere praecedentis sed apophysi tibiali brevioris. — Nossi-Be.



o. *Padilla lancearia* E. Sim. Front et chélicères en dessus.

— P. *Idem*. Patte de la 1<sup>re</sup> paire.

[Simon, E. 1901. Histoire naturelle des araignées. Paris, 2: 461].